Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

CHOLERA ILLEGITIMA

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE ET DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE, WESTPHALIAE, ET RELIQVA

PRAESIDE

IO. HADRIANO SLEVOGTIO

MED. D. ET P. P.

PATRONO, PRAECEPTORE AC PROMOTORE SVO VENERANDO

PROLICENTIA

SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, INSIGNIA AC PRIVILEGIA DOCTORALIA

MORE MAIORVM LEGITIME CAPESSENDI

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

IO. IVSTVS FICKIVS, IENENSIS,

IN AVDITORIO MEDICO

AD DIEM XIX. MART. MDCC XXI.

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS.

IENAE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



B. C. D.



Mpliſſimus eſt artis medicæ campus, in quo pro inſtituti & genii ratione floſculos hos illos colligere, explicare, ſuosque & aliorum in uſus convertere quilibet ejus cultor genuinus poteſt. Arriſit mihi perbelle, magnoque ſemper fuit oblectamento, inanibus curioſitatibus ſpretis, praxis, aurea & vere cedro digna, qua ſanitatem, inæſtimabilis pretii, hominibus vel conſervare integram, vel lapſam erigere gnaviter annitimur, merito ſolicitudinem noſtram omnem in ſe convertens, cum rectæ hoc ipſo conſcientiæ in arte potiſſimum conſulatur. Nihilo autem laudata praxis augetur & illuſtratur magis obſervationibus condigne factis, quibus a ſpecialis redditur, & præcipue vera, non cerebroſa, medendi methodus, arcanum in medici-

na, statuminatur. In hanc rem selegimus, Illustr ordinis medici præscitu, singularem quemdai casum, CHOLERÆ ILLEGITIMÆ titulo insignitum, c jus uberiori & causali enodationi pro virili ja incumbere decretum est. Faxit Deus feliciter!

MOrbus, ex ægri ipsius consignatione & r latu, erat talis. Vir quidam Juvenis, liter tus, Francus, contractura pedis sinistri a puerit laborans, & olim aliquoties arthritide afflictu tabaci bibulus, anno 1719, sub ista præfervic æstate, postquam potui vini generosi inasvet indulserat largius, d. XIV. August. summo mai corripiebatur æstu intensissimo, cum subsequ modico frigore, affectu cardialgico, sitimq patiebatur inexplebilem. Subsequebatur pau post horis diarrhœæ species, qua sæpe, ast n multa, excernere per alvum cogebatur, init fæculentos, hinc varios & biliosos humores. D lor in lumbis aderat gravis. Sequenti die, xv. Aug. cessarat lumborum dolor, ast ille in h pochondriis, & maxime epigastrio, postmodu totius abdominis, erat fere intolerabilis, & ad acutus, ut omnem excluderet requiem: cr tibiasque spasmi vexabant. Ventriculus c

tin

inuo minabatur vomitus, absque magno tamen ffectu. Appetitus plane prostratus, & summa irium imbecillitas, ad lipothymias usque, derant. d. XVIII. Aug. ab adhibitis remediis alus quidem substitit, abdomen valde erat turgium: an a flatibus? quorum tamen nullus exius. Admodum disturbatur caput, & multo nagis, quam antea, ut etiam sæpe numero vergine afficeretur. Sitis adhuc vehementer, nec on reliqua insistebant. Abdominis vero dolores rariores erant & interpolati. Quandoque ebrilis quidam insultus, ab horrore & æstu ompositus, aliquot horas affligebat. d. XX. Aug. febri jam fere vacuus, prægressa nocte, mediociter dormiverat, sed a meridie hucusque vexaatur soda, cui biliosi jungebantur vomitus, & ortior diarrhœa talis. Urina colorem habebat ex ridi flavum, cum multo crasso sedimento, ingenardore prodiens. Mens valde contristata erat. XXI. Aug. alvi fluxus in totum fere cessaverat, is erat ingens, bibens vero cerevisiam, vomis plane biliosos, virides & flavos enormes pabatur; revomebat quoque esculenta quævis uciſſima. Hinc desiderabat aquam simplicem. orrorem cum æstu præterita nocte minimum

horam unam bis est passus: metuens, ne rede
post meridiem: nec animus amplius tam moest
erat turbatusque. d. XXIII. Aug. in iisdem per
stebat morbus, levatus tamen multum a frigid
aquæ simpl. & cerevisiæ secundariæ potu, que
etiam cum utilitate continuabat. d. XXIV. Au
fere semper horret frigetque, inprimis quand
lectum subibat. Heri hora X. ad XI. & hodie m
ne a IVta usque ad Vtam vehementer horrui
cum totius concussione. Quam primum febr
incipit, statim alvum deponere cogitur. Recu
runt circa vesperam vomitus biliosi, cuiusmo
dejectiones per alvum ad vesperam usque qu
ter habuit. Urina adhuc est valde turbid
d. XXV. Aug. secessus, vomitus, tormina & simil
prorsus desierunt, caput tamen valde est turb
tum: perpetuo sonant aures, instar aquæ fluct
antis. Stranguria afficit acerrima, appetitus nu
lus, vires lassæ sunt. Pergit usu frigidæ & dec
cti avenacei tenuis, quod frustulo cinamomi
poratum est. Ita sensim & reliqua evanueru
ut secundo Septembris die prorsus ab omnib
liber, nonnisi debilem haberet coctionem cu
flatulentiis.

EXP

EXPOSITIO.

ILlegitimam vocare lubitum est morbum hunc Choleram, seu irregularem; aliis forsan spuriam atque notham, quanquam hanc ab illa non nihil distinguere, materiæ respectu alius, possimus. Ad intimiorem vero illius ntellectum pervenire non dabitur, nisi veræ choleræ naıram habuerimus perspectam, quæ velut rectum normam abit mensuramque obliqui: neve prolixitati immergamur : diffundamur velut, istam suscipiemus pertractandam som ab aere ortam calidiori, æstatis valde æstuosæ tempore ræparatam, & sub finem illius vel autumni initium plemque erumpentem.

Quo autem inoffenso in hac tractatione procedamus de, Onomatologiam haud inutiliter præmittemus brevi: Χολέρα nomen a causa habet, nempe ἀπὸ τῆς χολῆς, a e, non vero ἀπὸ τῶν χολάδων, ab intestinis, quod mateia, quæ sursum effertur, ex intestinis excerni videatur, ut *allianus* putat; & *Dureti* quoque fuit opinio. Raro Choa usurpatur pro χολὴ, ut *Heurnius in not. ad aphor. 1. Sect. n. 3.* vel & pro constitutione corporis biliosa, qua qui ident, cholerici, morbo autem nostro detenti, οἱ χολεντες vocantur. Dicitur *Hippocrati*, 7. *epidem. t.* 90. τὰ λερικὰ, & in *Coacis prænotionibus*, vomitus furiosus, alvo ıta; item, passio cholerica: a *Cœlio Aurelio*, *l.* 3. *acut.* 19. felliflua passio. Res ipsa & loquendi mos hanc eius gerit definitionem veræ, quod sit vomitus & diarrhœa vis, seu, *excretio per os & alvum impetuosa, humorum minus biliosorum, ventriculum & intestina spasmodice irntium, cum febri, siti, angustia præcordiorum, lipothymiis, iatibus infimi ventris & crurum convulsione.*

Im-

Imprimis attendi meretur humor excretus, morbi ve-
ra causa materialis, cui nomen bilis imponitur, quæ vol-
tilitate atque vi fermentativa, & stimulo, sibi naturalit-
inexistentibus, præ reliquis est aptissimus. Id quod tam e
naturali ejus texturâ, quam experimentis variis colligitu
Oleositate, ⊖so acri volatili, Spiritibus imprimis concrev
aqua dilutis, siccata combustibilis, acerrimus humorum ci
cumductorum corporis, vesicalis spissior, saturate flava
amaricantior, copia & compressu externo, quibus ad s
contractionem fibrosa membrana exstimulatur, excernen
da, copiosius cibationis tempore: hepatica vero dilutio
blandior, jugi fluore stillans ad intestinum duodenum
Commixta sibi sui simili facultate imbuit, attenuat
resolvit, fermenti & menstrui vices gerit, in chylifica
tione laudabilis, facile fermentifica, condiens chylum
dulcificans: recrementitia autem lubricando intestinoru
canalem, vere saponacea abstergit, & stimulando fibr
motrices ejus, clysteris instar naturalis, fæcum per anu
expulsionem promovet. Virtutis est balsamicæ, caloris
corpore & coloris causa rubicundi. Vis autem elastic
summaque mobilitas succi imprimis biliosi conjicitur
celebri experimento *Schuylii*, cujus mentionem facit *B*
gerus in Physiologia, *p. 138.* & talis est conditio: arte sup
ne & inferne ligatum in cane, tumensque inde ad rup
ram usque, cum urente calore, duodeni, quorsum
ctus cholidochus inseritur, spatium incisum, flatus, s
mantesque bullas cum strepitu & sonitu prorumpentes
hibebat, valida quadam acrive exhalatione nares vellican

Quodsi copia, itemque nativæ bilis qualitates auge
tur quoad acrimoniam potissimum, hinc & mobilitate
caliditatem, & vim fermentificam, qua producuntur

& p-

& promoventur, recte hoc dicitur recessus a statu naturali, morbos pariens varios, dolorificos & spasmodicos acri suo stimulo in primis viis totoque abdomine, atque evacuationes præter naturales, sua vi fermentifica & caliditate æstus tam in parte, quam in toto febriles, sitim &c. & per consensum plures alios, universales & particulares. Concurrunt vero cunctæ hæ vitiositates in uno choleræ morbo, eumque testatum simul, ipsum esse debere longe gravissimum, acutissimum, præcipue si pessimæ accedant bili corruptiones a causis tam externis, quam internis factæ, malignitatem & quasi venenum præ se ferentes, qualem tamen multi practici admittere dubitant, intensiorem acrimoniæ & fermenti bilis perturbativi gradum, juxta ac copiam ejus, morbi nostri productioni sufficere prædicantes. Et ut fas est credere, validiora purgantia, ceu sunt antimoniata, helleborata, Mercurialia, itemque venena acria & corrosiva, vi solidarum partium irritativa, & fusoria humorum sola, tum hypercatharsin, tum posita bilis copia choleram ciere; mustum ac cerevisiam recentem fæculentam, vinaque Italorum dulcia non satis fermentata, dulcia saccharata & mellea, melones multo conditos saccharo, itemque horæos fructus, pruna, mala persica, fraga, maturos grossulariæ fructus, cucumeres præsertim crudos recens lectos, conditos aut non, poma, quæ adhuc tepentia calore solis, ut *Pauli in Quadrip. Botan. p. m. 91. 187. 307.* humore multo excrementitio scatentes, pinguia inprimis rancida, ova butyro frixa, lac etiam copiose haustum, &c. fermentescibili sua potentia & exagitatoria magis, quam bilis augmentativa, latenteque stimulo in iis acido, effervescentiæ cum bile oleosiori alcalina authore, licet parum, huc quoque conferentibus; vina generosa &

ſpiritum vini, aromata, & acria calida, allium, cepas, raphanacea &c. præſentem multam bilem, ⊖e ſuo volatili plus minus oleoſo attenuando, & vehementer commovendo, paſſionem noſtram eniti poſſe & ſolere. Cur ad malignitatem aliamve corruptionem putredinoſam, ad quam temporis mora opus eſt, confugere volumus? Forſan fungi & boleti, non eſculenti, eo quod vevenoſitate laborare a Botanicis creduntur, haud aliter, ac dicto modo, operantur; perinde ac ſepiæ, de quibus *Hippocrat. VII. epid. XL.* choleram concitare ſcribit: *Lindenius* v. in *ſelect. med. p. 137.* putat, oportere illas vel ſuapte natura, vel corruptione ſubita perquam maligna, imo venenatas eſſe, quæ tantam, tamque periculoſam ſeditionem concitare valeant. Adſtipulatur *Foreſtus. l. 18. obſervat. 46.* quando materiam virulentam ad intima præcordia ruentem accuſat, & in *ſcholio*, choleras expreſſe malignas deprædicat; ut & *Rudius*, *pract. l. 2. c. II.* eo quod venena, aut venefica pharmaca eandem ſæpe pariant: & ſymtomata ejus truculentiſſima, talia, qualia venena asſumta dent, certo hanc malignitatem evincant. In hac controverſia ut noſtram exprimamus mentem, ita ſtatuimus, non omnem quidem benignam eſſe Choleram, neque etiam omnem malignam, quamvis internecinam cum maxima ſæpe cito cicuretur, & quidem ſine omnibus alexipharmacis, alias malignitati deſtinatis. Tunc re vera maligna eſt, quando in febribus malignis, nonnunquam maligna colliquatione confluentibus humoribus corpore toto in ventriculum & inteſtinorum ſpiras, fit eorundem orgaſmus & ejectio, aſſerente illuſtri *Wedelio, patholog. p. 483.*

Corruptionem humorum, ut illi tamen ſemper ſin

ſu

ſub forma bilioſi, & digeſtionis depravationem, hinc colluviem recrementorum, & vitioſos ſapores concedimus, quæ ciborum copia, varietas & coctionis difficultas ſæpe ſiſtit vel promovet. Quid autem ſibi velint, qui fraga, piſces, & ſimilia, ob mollem & nimis facile disgregabilem eorum ſubſtantiam, fermenti ventriculi vim eludentia, itemque oſtreas, ob mollitiem & friabilitatem facile corrumpi opinantur, ceu *Gerbezius, chronologia medico-practica, anno IV.* §. *41.* non penetrare poſſum. Obſtetricantur humoris morbifici productioni fermentum bilioſum, ætasque Juvenilis & virilis, nec non calida æſtas, & in actum quam maxime eum ducunt ira & fortior corporis motus, atque vigilia, generoſaque vina, ad ebrietatem inprimis pota. Præter alias cauſas *Hippocrat. libr. V. Epidem. Sect. ſeptima, artic. 70.* æſtatem collaudat, in qua hic morbus potiſſimum vigeat. Neminem v. latet, aerem tunc calidiorem, aucta tranſpiratione, prægreſſa ſangvinis rarefactione, ſerum valde imminuere, a quo humectabatur corpus, liquoresque vitales diluebantur & temperabantur, deficiente autem illud exſiccatur, humores concentrantur, calefiunt & rareſcunt, quos inter etiam bilis talem adipiſcitur ſtatum, ut ob ſulphuris ſangvinis expanſionem, & attemperantis ſeri penuriam, uberius gigni illa, pariter mobilior & acrior fieri recte dicatur, ad turgeſcentiam prona, & actu ſpumaſcens, levi de cauſa, quam noſtro in caſu ſuggerit vinum dulce calidius. Quo modo id, quod *Aretæus, 2. de cauſis acutorum cap. V.* ad choleram requirit conſtituendam, fieri facile poteſt, nempe materiæ, quæ eſt in toto, vehemens refluxus ad ventriculum, ventrem & inteſtina, acutiſſimum malum.

Mirati ſunt veteres, unde tanta bilioſorum humo-

rum quantitas, quæ tot celeribus & impetuosis suppe
sursum ac deorsum excretionibus, cum quidem ex hep
minimis prædito biliosis ramulis, continuus ejus sit
ductum cholidochum affluxus ad intestinum duodenu
ex cysti autem, minoris capacitatis, interruptus, utrobi
tamen parcior & lente fiens. Desinunt autem mirari
centiores, qui norunt, bilem esse humorem volatile
fluidissimum, exaltati & diffusissimi coloris, cujus exi
magna aquæ & potulentorum, sitis stimulo largiter sum
rum, copia tingitur, & coloratur ejus flavedine lymp
uberrime stillans ex pancreate & innumeris glandular
fontibus, intermedia irritatione, quæ quoque atque im
tuosior sangvinis circulus, ejusdemque rarefactio & co
quatio, in febribus quandoque, favente bilis in toto
dundantia, facere possunt, ut per ipsas arteriarum ext
mitates, in ciborum vias, intestinorumque canalem osc
suis hiantes insertas, dilute flavus profundatur humor,
bilis, sive lympha biliosa, excretionibus his materiali
inserviens. Serum quippe humorum in corpore est m
maximus, ubique præsens, reliquorum vehiculum, faci
me combinabilis, perquam fluidus, ad effluxum, inpri
salino acuatus stimulo, pronus, & efferus orgasm
atque hinc bilis tincturam prompte assumens. Quod p
bat exemplum viri, choleram, cujus materia erat seru
perpessi, notatum a *Pechlino*, *observat. p. 129.*

Ad penitiorem affectus nostri cognitionem multu
interest, accuratius considerare subjectum ejus, quod v
go & recte quidem, laudatur intestinum duodenum, co
fluxui bilis, lymphæ pancreaticæ atque intestinalis copio
simæ, cum illud, magis ac reliqua, multa glandularum
gmina & myriades possideat, humorumque ex ventric

ca

vo tam laudabilium, quam pravorum, cruditatum bilio-
um & nidorulentarum collectioni destinatum. Quo in
o mutatio assumtorum, plus quam in ventriculo, est
tabilissima, & prima digestio in statu naturali comple-
entum accipit suum, tot scil. liquoribus se invicem po-
ter actuantibus, & uno alterum exstimulante ad mo-
n, cujus est activitas, atque consecutiva suæ texturæ al-
atio, eoque major in statu præternaturali humorum de-
ivatio. Ut autem igne alicubi vehementer ardescente
a facile conflagratur vicinia, eo certius, quo arctiorem
bent inter se connexionem & structuræ continuationem;
etiam morbus noster cum materia & effectu proruit ad
ntriculum, eundemque jure continuationis & commu-
ationis, atque identitatis texturæ, totum, ac utrumque
s orificium, continuam gulam, aliasque per consensum
tes, sinistro præcipue, quod est nervosissimum, & ideo
vissime afficitur, compatientes, propiores & remotas,
xime per nervos occupat.

Haud absimili modo eadem hæc læsio diffunditur
orsum per totum intestinorum canalem, & depravat ejus
nctionem. Favet hisce membranarum conditio, qua-
n nervea oppido sensilis, musculosa peristaltici motus
organon, crustoso-glandulosa villosa tam fons existit
nphæ ac pituitæ, quam cribrositate sua pro transitu li-
orum hic existentium per vasa ad sangvinis massam in-
vit, & extima membranosa, reliquarum basis, peritonei
oles, colligat easdem firmatque invicem, & quoque
n mesenterio atque visceribus, in abdominis cavitate
, quorum ea propter & per egregios multos nervorum
xus infimi ventris mutuus est consensus. Quid, quod
nis patulæ sint pororum in vasis, & ductuum mesente-

rii ad sangvinem viæ & commercium. Hinc est, quod t
multa atque gravissima longe lateque exorta comiten
hunc morbum symtomata, & totius eveniat perturbatio.

Ejus autem forma & modus habetur spasmus, coep
in duodeno, perceptus statim in ventriculo, diffusus ab i
in gulam, per nervos in præcordia & respiratoria orga
imo ad ipsum caput, & a duodeno extensus ad duct
cholidochum & pancreaticum sibi insertos, iisque ann
viscera, cum violenta horum fluorum expressione, ut
ad intestina (hinc & alias abdominales partes) reliqua, qu
rum motoria functio, juxta & excretorius usus, augent
ac depravantur, & illius ratione morbum nostrum po
in classe actionis læsæ depravatim, hujus vero in ista exc
torum.

Occasione spasmi motus ventriculi gulæque perist
ticus vehementer invertitur, cujus vi contenta e dictis l
cis cuncta expelluntur impetuose per os, iste vero inte
norum valdopere auctus, nempe citatior & vehementi
factus deorsum ad alvum, secessus frequentissimos ac di
cillimos parit. Spasmos hos, ob reiterationes & subsul
reciprocos, alii veris æquiparant motibus convulsivis,
impetuoso spirituum animalium s. liquoris nervei, ex
rebro & hujus productione per nervos ad partes, haru
que nerveas & musculosas membranas influxu, velut
plosione, quarum fibræ inde fortius crispantur & cont
huntur, efficienter oriundis. Hos causatur materialiter
brarum extrinsecus irritativum acre quid, humor bilios
plus minus corruptus, acumine suo simul dissolvens m
sam, immissa jam fermentatione, ut loquitur *Pechli*
de purgantibus p. 84. Fermentum & stimulum, quæ
una bile concurre possunt, maxime requirit Excellent. *I*
delius, patholog. p. 483. Cer

Certiores reddimur præsentiæ choleræ veræ per si-
, quorum præcipua in definitione sunt memorata, ex
ira ejus profluentia, diagnostica. Adsunt enim vo-
is enormes, ac pravorum humorum, cum maxima dif-
tate & angustia, per alvum dejectio; ventris ac inte-
orum dolor vehemens; inflatio & distentio; cardialgia,
, pulsus celer ac frequens, cum æstu & anxietate; non
etiam parvus ac inæqualis, insuper & nausea molestis-
, sudor interdum frigidus, crurum & brachiorum con-
ura, animi deliquium, partium extremarum frigiditas,
aliis consimilis notæ symtomatis, quæ angusto viginti
uor horarum spatio ægrum interimunt. *Sydenham. opu-*
216. Interdum atrociores sunt convulsiones atque
urniores, quas secum trahit. Neque enim solum ab-
en, ut alias in hoc malo, sed universi jam corporis
culi, brachiorum crurumque præ reliquis, spasmis ten-
ur dirissimis, ita, ut æger e lecto subinde exiliat, si
e extenso quaquaversum corpore eorum vim posset elu-
, *ibid. p. 372.* Superveniunt refrigeratio extremorum,
ıltus, cordis palpitatio, respiratio celer, Urinæ ardor
suppressio.

Hæc symtomatum, cor & genus nervosum potissi-
n impetentium, multitudo atque gravitas, utique mor-
noftrum efficit magnum, peracutum, frequenter pe-
osum, sæpe brevi interimentem. Solvitur intra pri-
n septenarium, quandoque in primo quaternione,
nunquam ipso die, quo invadit, necat. Minor, mi-
, & quoque tutior, ut qui ex ciborum corruptione &
e erratis natus; gravior est, qui fit totius vitio atque
, ut solet esse noster epidemius, insveto tempestatis
e evectus. Tutior est periodica. Atrocitas symto-
matum

matum, arguit morbi feritatem, & contra. Mortem si
liter minantur subita faciei extenuatio, syncope, & ster
per os rejectum. Bonum v. est vomitus facilis, vel
longa intervalla cessans, fœtore carens, itemque som
superveniens. *Hippocrat. 2. prog. ca. 7.* Acutissimæ f
accedens semper fere lethalis: febres autem lipyriæ, n
nisi superveniente cholera exolvuntur. *Hippocr. aphor.*
libr. I. Coac. prænot. qualis cholera hic supervenit, non
solutione virium, sed alvi concussione, & cessat, alvo
lestiis omnibus lipyriæ febris defuncta, id est, ea dem
cholera in bonis ducenda, quæ contentione alvi suscip
contra vim febris lipyriæ, in alvo stabulantis. *Duretus*
Coac. Hippocr. Per eandem corpora impura quando
mundantur, & bona est. Alias cita mors venit per *συνολ*
vel contractionem, maxime surarum, syncopem, &c.

Declarando jam casui nostro optime inserviet evol
differentiæ, quæ admodum varia est. Quid benigna
maligna sit, mitis aut gravis, patescet ex superis. Me
ratu dignior habetur, quæ humida vel sicca est. Illius
teria excreta sunt humores, meraca bilis, liquamina va
acrium salinorum recrementorum colluvies, seri & alte
male corrupti humoris ingens copia: hujus sunt consin
halitus & flatus, per os & alvum prorumpentes, juxta
pocrat. libr. de rat. victus in acutis, quos ventris tensio
cardialgia, cordis anxietas, sudores frigidi, pulsuum
menta citissima præcedere aut comitari solent; vel qu
plane nihil, nec humor vel flatus, excernitur, quo n
tussis dicitur sicca, venter tamen inflatus tumidusqu
jam & laterum lumborumque dolores graues incum
Qualis speciem quidem colicæ repræsentat, siccam
choleram esse, transitus ejus & solutio in humidam de

re videtur, ceu contigit iis, quibus hypochondriorum sio, borborygmi, lumborum laterumque dolores diu ante lesta fuerant, quam in os & alvum materia despumaret. *blinus, observat. p. 130.* Rarum oportet esse hunc morbum, n ejus unicum duntaxat exemplum viderit *Sydenham. fc. p. 217.* ineunte illius anni autumno, quo tempore choa grassabatur humida: quod affinitatem utriusque ulterius firmat. Hinc *Duretus, in Coacas Hippocrat. tractatu III. morbis mulierum, aphorism. 25.* ita scribit: Humida & a communem habent excretionis modum, hoc uno exto, quod in sicca flatulenti spiritus acerrimique proritaest; in humida autem humoris indomiti efferique sur- deorsumque excretio. Prolata hæc qui attente consiabit, evitare quoque poterit choleræ cum tympanitide fusionem, cujus gratia insigne proferemus exemplum. Juvenis, litteris & vitæ sedentariæ addictus, temperanti melancholici, a tertiana in vere cœpta hydropicus tus, tandem cum tumore ventris infimi & dolore increte sub autumni initium, continuam flatuum per os & um habebat explosionem, duabus tribusve septimanis, n cruor summe fœtens & acris, vomitu impetuoso rejes, vitam finiret, per menses aliquot misere tractam.

Porro laudatus *Duretus* ex citato aphorismo distinre docet inter τρόπον χολερώδεα & τὴν χολερὰν, atque c pronunciat alvi fatiscentis exolutionem, illam vero alproritatæ contentionem, quæ choleræ speciem referat, dicatur alvi perturbatio χολερώδης. Humidæ simpliciter absolute dictæ competit, ut sit acutus, peracutus, imo tissimus, unius sæpe diei spatio interimens morbus, nunam chronicus, nisi respective. Interim aliquando fluxus est symtomaticus, & ab errore vel ægri aut medentis

 natus;

natus; plerumque tamen criticus est, subitoque & veh- menter, quæ est crisis natura, ægrum absolvit. *Pechlinus. l. pag. 128.* Similiter morbus iste ex epidemiorum autumn- lium familia, mense Augusto, exorsus, intra angustos uni- mensis cancellos conclusus, percurrit sua tempora, vix priores Septembris hebdomadas evagatur: vel eam anni pa- tem, quæ æstatem fugientem atque autumnum imminen- tem complectitur, amat, a fervida tempestate, tanquam ca- sa communi, proveniens. Ille vero, qui ab ingluvie crapula procedit, nullo temporis discrimine passim excit- tur, & sporadicus dici debet, ratione symtomatum non a- similis, & eodem modo curabilis: tamen alterius est su- fellii; *Sydenham. opusc. p. 47. 211. & 216.* & vocatur impropr- dicta, *Langio, pathol. animat. p. 371.*

Propius ad scopum nostrum collimat choleræ hum- ralis dictinctio in veram, legitimam, exquisitam; vel n- tham, & illegitimam. Ideam veræ continet ac sistit de- nitio, quam videsis supra, & ad illam epidemiam æstiv- lem, aeris caliditati debitam, acutum morbum restringe- decet. Illegitima dicitur illa, 1.) quæ quovis alio, præt- autumnum, anni tempore invadit, quamvis ex eadem occ- sione prognata, atque eorundem symtomatum nonnul- stipata, a dicta vera toto cœlo distans. *Sydenham. opusc. p. 2* 2.) vel eodem, ac vera, anni tempore, eademque occasio- prognata, pauciora habet, eademque mitiora, diutius & ordinatius procurrentia, novaque alia symtomata, ut in n- stro casu. 3.) quando dejectiones & vomitus copiosi atq- impetuosi, viribus fatigatis, & contractis valide musc- gastrocnemiis tibiæque, ut in vera est, reddebant ser- quoddam, aut lympham dulcem, a mora viscosam: qual- vir quidam perpessus est fluxum, quasi cholericum, ubi

m fermento ſalino depravatur & orgasmo præditum eſt: ud *Pechlinum, obſervat. p. 129.* vel humores ſunt varii, pi-itoſi, mixti, aut ab alimentis, pharmacis, &c. producta.

Dum his ipſis inter veram & notham diſcrepantia fuit anifeſtata, liquido pariter conſtat, affectum noſtrum per-nere ad hanc, quæ illegitimæ etiam nomen habet, eo iod inciperet a febri cum ſolo alvi fluxu, & ſecundo mor- die vomituritio accederet, quinto demum ſequeretur mitus, ipſe & jungeretur ſeceſſibus biliosis: paulo poſt alvi ofluvium remitteret, & intermitterent tormina aliquan-u, licet recrudeſcentia: acuta febris tranſiret in aliam bi-ſam, erraticam, velut intermittentis æmulam duplicatæ: cretiones bilioſæ fierent quaſi chronicæ, minus impetuo-: nova etiam accederent ſymtomata, & genuina quædam, ræ propria, deficerent, ut ex comparatione utriusque oleræ ſcrutanti apparebit.

In caſu noſtro multa cernimus ad ejus productionem nſpirare. Ut enim virilis ſexus præ muliebri calidior eſt; juvenilis ac virilis ætas præ aliis eſt bilioſior. De ſan-inis vero & humorum acrimonia tartarea teſtantur tam is ortus ex Franconia, ob multi vini culturam potumque de celebrata; quam arthritis calida aliquoties affligens, quam per nativam conſtitutionem, teſte contractura pe-, qua in pueritia correptus, diſpoſitus fuit. Auxit ſeri ntemperantis defectum, & ſtatum corporis calidum atque ioſum, tum fumigatio tabaci, uberi ſalivæ exſpuitione & nmunicato corpori multo ſuo ſale volatili oleoſo; tum as ſæviſſime candens. Hinc copioſi in toto bilioſi, acres, idi humores, a vino æque calido valde, bibito immode-, jam dum proniſſimi efferari potuerunt & velut accen-æſtum acute febrilem cauſantes, turbata ſangvinis craſi,

C 2 & im-

& impuritatum undique commotione. Interea sub ha perturbatione corporis salia acria subinde per vices in cu tacei ambitus fibras, cum earum modica irritatione & con strictione spasmodica incidunt, & vasorum compressione re tardant circulum sangvinis, quod intercurrentis frigor causa perhibetur, modici quidem, dum cursus sangvinis mo plenarie restauratur. Bilis autem acrior salsa fermenta in ventriculi cavo atque confiniis, irritans peculiariter orif cium ventriculi sinistrum, insigni nervorum plexu dot tum, cordi per nervos compatiens, sistit cardialgiam, & de terminata tunicæ ejus nerveæ vellicatione velut sensifica etiam per gulam ad fauces producta, appetitum humidi po tabilis, seu sitim procreat, eo majorem, quo salsedo majo uberior, & fortius in fibras nerveas impellitur. Dum ha in locis his aguntur, diffluit bilis spumascens ad intestina r liqua, suaque copia lubricante, & stimulante acrimon salsa, frequentem sui exitum per alvum procurat, min quidem mole, cum copiæ stimulus prævaleat, præmissis di storum alimentorum fæculentiis, quibus intestina nunqu non scatent, & humoribus ex diversorum miscela var

Decubitus autem acris humoris in regionem lum rem, parit ibi dolorem, & discussio illius, naturæ robo removet hunc, quem totius abdominis biliosus, acerrim rosivus, in transitu suo per totum intestinorum canalem anum usque, gravissima irritatione hujus & connexoru aut consentientium viscerum, efficit atrocissimum, qui & totius œconomiæ animalis perturbatorem, viriumque structorem, vsque ad animi deliquium, febre continu alvina excretione cooperante. Musculorum in artubus ferioribus spasmi an per consensum generis nervosi? an ro ab acri bilioso humore in eos deposito; an per inan

nis modum, aut ab his caufis fociis fiant? in ambiguo eft. Interim non poteft non tanta corporis perturbatio, & menftrui ventriculi a multa, eademque oleofiori & falfiore bile depravatio appetitum profternere, quæ bilis acrimonia irritativa ventriculo fubverfionem intentat vomitoriam, & fitim perdurare facit.

Mitigata ejus fermentatione imminuta quidem fuit alvus, aft a reftitante copia, quam facit affluxus ad primas vias continuatus, & fuppreffa per alvum excretio, atque ftimulo aliquali diftentio ventris fpasmodica, illoque fubinde & per vices magis expreffo, dolores repetiti emergunt; itemque vertigo & conturbatio capitis per fympathiam cum ventriculo, peculiari moleftia affecto, velificante fpirituum animalium in capite debilitate & defectu, per morbum inducto. A faburra biliofa, primas vias occupante, & fpecifice, juxta ac totum, infeftante, donec quiefcat rurfus, aut fubiens fangvinem fuerit diffipata, & per cutim vel aliorfum eliminata, febrilis gignitur afflictio, revera intermittens, ac repetens fæpe. Tertianam regularem in cholera die morbi tertio acceffiffe, quinto rurfus exacerbatam, bis notavit *Höferus, medicat. famil. p. m. 541. & 649.* cum hujus femper materia fit bilis prava. Datis naturæ a morbo induciis, per noctem quievit æger, donec quafi latens fubdole vitiofa bilis in ventriculo denuo tumultuari inciperet, mitius in foda, gravius in vomitu & feceffibus, modo fupra dicto, multæque ejus calidæ acres particulæ, a fangvine fecretæ in renibus cum latice urinofo, hunc colore ex flavo viridicante tingerent, craffiori imbuerent fedimento, & ad vellicationem fpecificam, urethræ imprimendam, ardoris in mictu effectum efficacem redderent. Contriftatio haud male vehementiæ morbi addicitur.

 Neque

Neque adhuc omne malum erat consummatum, sed saltim sopitum aliquandiu; congesta enim in ventriculo bilis acrior & oleosior, tam sitim, quam a spirituoso cerevisiæ spumascens vomitus causabatur, in materia & colore malitiæ suæ proditores, eundemque per afflictionem adeo pronum ad subversionem faciebat, ut etiam buccellam panis citra vomitum perferre nequiret, & febrim intermittentis æmulam recrementis suis, ut supra explicatum est, producebat, per intimiores totius recessus, atque cutacei tegminis tubulos porosque distributis, vehiculo præsertim potus aquosioris, prudentissimo naturæ instinctu, tanquam sibi optime conferentis, desiderati, unde & febricitatio & horrescentia rigorifera oriuntur. Ita loquitur *Ballonius*: magna humorum cacochymia, a febrili calore in motum acta, dum hinc inde ad exteriora discurrit, partes vellicando, horrorem facit: omnes enim cacochymi, dum nimium incalescunt, horrent. Ut vero horror in cute, ita febris dicta in primis viis mineram habet, quam videtur confirmare cita alvus post febrim ortam, & quia hæc tamdiu affligit, quamdiu biliosæ perdurant evacuationes: quæ cuncta de bilis per totum corpus commotione & efferatione testantur, perinde ac ejus in urina abinde turbida conspectus, vehementem stranguriam causantis, indicem ingentis bilis acrimoniæ & cœptæ per vias urinales criticæ excretionis, quam aliasque aquosior potus, ut solet, promovet, & acrimoniam diluendo, sordesque abluendo & abstergendo levamen adfert, totumque tandem ab omni morbo liberat.

Ita crevimus causam materialem, hujus operandi modum in spasmis, & ipsorum tristes excretionum effectus, quibus merito inniti curatio debet & indicationum norma. Bilis copiosior educitur per os & alvum emeticis impropie

dictis

tis, & laxativis rhabarbarinis, tamarindinis, myrobalanis, tareis, atque clysteribus emollientibus & laxantibus. Caior, oleosa nimis, temperari, imo refrigerari debet, per aea diluentia, nitrosa, acida, hepatica frigida: & acrior, alino salina volatilis, infringi per eadem, atque præciantia terrea, mucilaginosa obtundentia: spirituum animam motus, in spasmis efferus, placari solet narcoticis & odynis, opiatis, theriacalibus: & sisti effluxus tam modo tis, quam roborantibus & adstringentibus, sub finem forribus. Quibus opitulantur specifica. Febri conjunctæ, præsertim primaria fuerit, debentur bezoardica, non voilia, spirituosa, balsamica, sed cum selectu fixiora, terrea.

Omnino autem primas teneant per totum morbi curn, eo magis ab initio, *diluentia*, quippe quæ simul, urnte semper bilis stimulo, fluidificando, evacuationi litant ani, viis humectatis magis. Laudari quoad hæc *Sydenhai* methodus meretur, cujus in *opusculis* hæc sunt verba: hartici vel lenissimi operatio omnia magis perturbat, & vos tumultus excitat. *p. 217.* Narcotica & adstringentia in o statim limine data, motum humorum detinent, & iniicum visceribus includunt, belloque intestino indubie nficiunt. Quare humor partim evacuandus, partim diendus. Conficiatur itaque decoctum pulli tenerioris (vel uor posseticus,) dilutissimum, ita ut carnis saporem vix beat, cujus capaciores aliquot cyathos æger tepide exhaue jubetur, & eodem tempore bona quantitas pluribus ematis successive injiciendis inserviat: ita humores acres sum & deorsum foras eliminantur, vel retusa acrimonia debitam temperiem revocantur. Et *porro p. 218.* exano hoc eluvionis penso, quod tres vel quatuor horas sibi adicat, paregoricum curationi coronidem imponat, quod erit

erit laudanum liquidum, (aliudve narcoticum officinale) tunc quoque dandum, quando æger a multis excretionibus (post x vel XII. horas) fuerit exhaustus, & jam frigescant extrema membrorum. *Hactenus ille.*

Hanc methodum eruditus Anglus, ab inexhausto eruditionis fonte *Hippocratico, libr. de affect.* depromsit, his consignatam verbis: *Choleræ morbo conferunt, siquidem dolor adsit, anodyna, venter autem superior, tum inferior potionibus humectantibus curandus, & per balnea calida, corpus mollientia, excepto capite, & sic tum vomitus proclivior fit: & si liquor aliquis ingressus fuerit, ea quæ adversantur, revomuntur sursum: tum infernus secessus magis prodit. Si vero evacuaveris, violenter vomuntur & violentius secedunt. Ad vesperam vero dato & huic ea, quæ dari solent ei, qui pharmacum bibit.* Ut autem Sydenhamiana methodus choleræ acutissimæ convenit; ita Hippocratica est generalior, ex qua deducimus, illegitimam, quæ longius habet suæ perdurationis tempus, aqueorum usum requirere diuturniorem, insigniter resistentium simul febri & siti. Tunc autem consulto abstinemus *opiatis*, nisi refractissima sit dosis, & potius utimur *terreis atque nitrosis*; hic, *nitro depurato, nitrato & arcano duplicato*, illic, *C. C. & ebore ustis atque philosoph. lap. 69. corall. rubr. præpar. creta, unicornu fossili, matre perl. & margaritis, lap. cryst. smaragd. terra sigill. bolo Armen. &c.* vel simul *alexipharmacis unicornu ver. lap. bez. de Goa, pulvere bez. Senn. Pannon. rub. dent. Hippopot. &c.*

Aquosis annumerantur serum lactis, decoctum hordei avenaceum, jus macrum pulli tenerioris, carnis vitulinæ, gninæ, gallinæ, gustus gratia modice aromatisatum, & ista, qu virtute mucilaginosa *emolliente* & obtundente impræghar addentes decoctioni, *sem. rapar. atripl. psyllii, lini, malv. cydon*

rum

rum, herbæ violar. malvæ, verbasc. fragar. pro re nata cum pauco saccharo. Hæc excretiones facilitant, inprimis emesin, sua tepiditate, ut aqua simpl. tepida, cum oxymelle & additione *ole. amygdalar. dulc. olivar. lini recent. &c.* Mallem vero oleosa aliaque *pingvia*, cum saccharo, aut *lac, mannam, mel rosar*, ingredi, vel ipsum jus carnis pingve constituere *clysteres*, illo empore injiciendos: quale enema non solum abstersorium, ed & epicerasticum est. Ut autem pingvibus fœtos clysteres ninimum tepide injicere consultum est; ita aquosiores aut lande mucilaginosi frigidiuscule, in morbo tam valde calio, quidni conferrent magis, quam calide? Qua de re conulere experientiam rogantur practici. Vid. sub Domini Parentis mei præsidio *disputat. habitam de clysteribus frigidis*.

Tantum hæc facient, si haustus in maxima quantitate iterata exhibitione præbeantur, quam si incocta fuerint, ias non inutilia *laxativa, rhabarbarum, myrobalani, tamarindi*, & minoribus præbiis exhibeantur. Parvi momenti holeram oportuit esse, quam *Grulingius, praxi p. 221.* curavit *cocto hordei* ℥iij. *syrup. rosf. rubr.* ℥j. a quo vomitus secessusie multos habuit æger. Fortius curabimus conficiendum que tutum, alvo cunctante & magis exstimulata, quam fluite, humore bileque viscidioribus, ex iisdem atque *senna, echoac.* utique cum *cryst. tartari, & sem. fœniculi.* Cujus notæ iam est bolus purgans apud *Hœferum, in medicat. famil. p. 540.*

℞. *elect. lenit.* ℥ß.
pulp. tamarind. ℥ij.
pulv. senn. Mont. ʒij.
cryst. ♀. ℥ß. *aut spiritus* ⊖. *gt.* xv.
ole. cinam. gt. iij.

el passulas minores & mannam addere licitum esto) *. de tribus q. s. M. dos.* ℥ß. *vel* ʒiij. Iteratione enim purgan. opus est, quia pessimus hic humor cautius educitur,

D quam

quam immutatur. Mercurialibus uti velle, ceu fecit *Langi[...]* *pathol. animat.* inconsiderate actum foret, cum nulla opus al[...] cujus humoris resolutione, imprimis serosi viscidi. Inter *a[...]* *terantia* eminent *nitrosa, nitrum nitrat. vitriolat. seu arca[...]* *duplicat*, cujus ℥ß. in ℔ij vel iij aquæ fontan. frigidæ bis v[...] ter in dies pro re nata sumatur non tam in acuta, quam resp[...] ctive chronica: post hæc *acida*, etiam aliis pro vehiculo inse[...] vientia, de quibus *Hœferus, Hercul. med. P. I. l. III. c. V. p. 23[...]* ita dicit: utimur acetosis in fluxibus biliosis, ast moderate, [...] intestina mordeant: tuto *rob. vel syr. rib. & berber. cerasor.* [...] morsicatione autem intestinorum non est, quod timeant pr[...] ctici, quando eadem diluunt multa aqua simpl. aut destill. [...] fecit *Faber*, qui poscam, seu, *aceti rosac.* ℥j. aquæ fontan. ℔[...] miscuit. vel.

℞. *syr. violar.* ℥vj.
▽ *fontan.* ℔vj. *M. f. Julapium*,

pro vj. dosibus, mane & sero, secundum *Langium pathol. a[...]* *mat. p. 371.* Aut consimile,

℞. *syr. rub. Jd.*
corall. ana. ℥ij.
spirit. vitriol. ʒiv.
▽. *fontan. q. s. M.* vel

℞. *syr. rub. Jd.*
acetos. corall. ana. ℥j.
▽. *rubi. Jd. fragor.*
ceras. nigr. ana. ℥ijß.
acetos. ℥iß. *rosar.* ℥j.
cinam. ʒij.
spirit. vitriol. q. s. M. *Item.*

℞. *spirit. vitriol. coagulat.* ʒij.
rotul. berber. ℥j.
cryst. tartar. ℥ß. *M. f.*

Julap. siccum, cujus cochleare semis cum dimidia mensu[...]

aq[...]

aquæ miſceatur, qualia *Hoeferus medicat. familiar.* dilaudat, ut tamen ſufficienter ſuperne & inferne evacuatio facta fuerit. His ſine dubio rite obſervatis, ad *narcotica*, ſcil. varia opii præparata confugere haud erit neceſſe, vel iſta ſaltim parce interpolare conveniet. Primaria enim doſi ab initio ſumme erant noxia, conferentia vero tunc, quando plenaria malignitatis & noxioſiſſimi humoris prægreſſa fuerit expulſio, nec tamen in conclamata virium proſtratione, ſed hac imminente, ad avertendum, vel morbo præ vehementia interitum minitante. Quæ eſt neceſſaria circa opiata cautela. Tunc enim naturæ motus excedere modum, infirmarum virium indice, creditur, alias ſine eo opiatis minime ſiſtendus eſt.

Valent hæc dicta quoque de *adſtringentibus*, exceptis iis, quorum vis magis eſt *abſorbens*, ut *terra ſigill. bol. Armen. C. C. & ebur uſt. creta, corallia rubr. pulv. ſtypt. alb. & ruber, &c.* ſingulis trihoriis exhibenda. Alia vero & potentiora, narcotica & ſtyptica, clyſteribus indi, & inteſtinis, mali fonti & ſedi, injici poſſunt tutius: ad hæc deſcendendo ab emollientibus & refrigerantibus hepaticis, *agrimonia, cichorio, portulaca, endivia, floribus bismalvæ, nymph. roſar. papav. rh. violar. bugloſſ. ſeminibus* IV. *frigidis. &c.*

Commendantur paſſim ſpecifica, inpr. *cryſtall. montana*, qua de egregium teſtimonium profert *Heerius, obſervat. med.* *l. 25.* Mulier ſexagenaria, impuro corpore, acidas magna quantitate ingeſſerat. Die decimo cholera morbo, exonerante ſe veſica fellea, corripitur, a quo cryſtalli montani uſu, in ſucco limonum & berberum, unoque atque altero clyſtere evaſit. In alia quadam cholerica fœmina *Hoeferus medicat. familiar. p. 539.* uſus eſt *lapide cryſtalli* præparato, & *corticum aurant. pulvere*, & ſtatim ægra ſe melius habuit; quam decocto laxativo ex *rhabarb. ſenna, tamarind. mechoacann. & cryſt.*

tartari ad sanitatis integritatem perduxit. Optime profuit aliquando crystallus montana, in dysenteria epidem. Augustan. secundum *Ephemerides A. N. C. decur. III. anno. 9. 10. appendice 34.* cujus natura semper fere est biliosa, & quo tempore hæc, etiam cholera, similiter nonnunquam epidemie grassans, sub æstatis præfervidæ finem, observatur, eadem remedia, ne dicam eandem sanandi methodum, admittens. Tanquam specifici, *spongiæ, salicibus* adnasci solitæ, meminit etiam *Hoeferus, Hercul. med. part. 1. l. 3. cap. 5. p. 233.* ut taceamus *Nucem mosch. mastich. menth. sem. cumin. cydoniata, &c.*

Quæ *roborantium* nomen & vires gerunt, medelam claudant, virium reparationi debita, omnium optima, si adhuc morbo adversantur, tum *medicamentosa,* parce spirituosa & aromatica, præcipue terrea, acidula, *corallia, perlæ, confect. d. Hyacinth. species ejus & diamarg. frigid. cordial. pulv. anod. confort. cortic. aurant. conserva ex toto citri, &c.* tum *alimentosa* plus minus, juscula ex caponum carnibus contusis, *nucleis pini, pistaceis, cerasis siccatis, cydoneis, vitellis ovi, succo citri vel granator. decoctum avenac. c. amygd. dulc. syrupus granatorum myrtinus, cortices aurantii recentes, malum citrium, & condita confecta ex menth. cydoniis; gelatina, avenaceo aut hordeacea cervina, cydoneata, &c. Topica,* juxta indicationum modulum qui adhibere gestiunt, iis integrum esto.

Interim nec *diætam* negligere debemus, quam tamen quilibet artis medicæ gnarus morbo facile accommodare poterit.

Aeris respectu, mediocris observetur status; quoad cibos autem præbeantur oryza, hordeum & avena excorticata, panatellæ & pultes c. sacch. vitellis ovi, juscula carnium gelatinæ ex animalium juniorum carnibus, pro re nata subacidæ, eo tempore, quo per morbum eadem assumere concessum est.

Ja

Jam ad ægrum noſtrum, quem macilentum & ſcorbu-
calido afflictum, a quo arthritidem aliquoties paſſus eſt,
l ſanitatem, ſub Domini parentis mei directione, deduxi
quenti modo. d. xv. Aug. Exhibui pulv. abſorb. multum
e tartaro vitriolat. participantis, doſes aliquot, ſingula ad
ſ. & altero die, Mixturam antiſcorb. ſingulis præbiis gt. xl,
er vices cum pulvere. d. xviii. rurſus pulvis ex abſorbente
rtareo cum bezoard. ſimpl. cryſt. tartari frequenter ex-
bitus fuit.

D. xx. & porro eundem pulv. abſorbent. cum corall.
br. & nitro depur.; ut & eſſentiam theriacal. balſamic.
m tinctur. bez. acidulata uſurpavimus. Vehiculum horum
at aqua deſtillat. Cinam. cydon. & zedoar. ſine vino. Ex-
ne empl. de cruſta panis & ſtomachale applicitum erat
jumento. Maximum vero tunc levamen attulit aquæ fri-
dæ, quam antea detrectaverat æger, largus potus, ut & ce-
viſiæ ſecundariæ, quam clyſſo ℥ii ſulphurato acidulam red-
di, itemque decoctum avenac. frigidum. Morbo ita ſen-
n decreſcente d. xxv. Aug. adhuc dedimus ſucceſſive pul-
rem, qui ſimul critice per vias urinales bilis excretioni fa-
t, ex lap. cancror. arcan. dupl. & pulvere ſtomachal.
ibus ſublata eſt ægritudo, tandemque d. ii. Septembr. eſ-
t. carminativa inſtauravimus appetitum. Ex quo tem-
re hucusque æger exſtitit ſaniſſimus.

Hæc ſanationis ratio, in cauſam ſemper directa, ſper-
e nos juſſit venæſectionem, non niſi primariæ febri debi-
n, in noſtro caſu valde noxiam, totius turbativam, viri-
que afflictivam; ut & diverſionem humorum invitato-
n & inhibitoriam, quippe ſpeculativam, vel tamen pa-
n proficuam, quam vocant cucurbitulam magnam, um-
co cum multa flamma applicitam; & ligaturas in artu-

um extremis, balneaque aquæ dulc. calida, quorum indica-
tioni solæ satisfecissent frictiones blandiores, in membr
molliter factæ. Similiter methodus illa metu nos exuit in-
flammationis intestinorum vel exulcerationis, secuturæ au
coincidentis, quibus non nisi humoris acris suppressio, a
usu narcoticorum & stypticorum intempestivo, producend
obstetricari solet.

Quantum v. in hoc morbo valeant aquosa diluenti
largiter hausta, testimonium fert tragicus casus, qui ant
aliquot annos in vicino pago occurrebat. Genero suo so
cer, insignem arsenici portionem cum cerevisia exhibuer
potandam, ex quo ille valde anxius brevi post patiebat
choleram, cum malorum syndrome. Detecta statim m
litia lapidem cryſtall. cum pulvere rhabarb: nec non tinct
ram bezoard. subacidam & rhabarbari, dosibus aliquan
majoribus, & cito iteratis exhibere decretum est, inju
ctumque, ut multum seri lactis, atque cerevisiæ secunda
bibatur tepide, quo facto humores sursum ac deorsum, cu
euphoria, impetuose fuerunt rejecti. Metuens v. æger c
tertio, a tali evacuatione nimiam virium deprædatione
sumsit theriacam, & desierunt quidem excretiones, ve
num autem in sanguinem transiens manuum pedum
contracturam fecit, cum intumescentia, talem, ut ad e
dum atque laborandum plane esset impotens, successu
men temporis penitus sublatam. Ejusmodi choleram ab
senico notavit *Henricus Regius*, *prax. med. libr. II*
medicatione 27.

T A N T V M!

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE

FICKIO

MEDICINAE DOCTORANDO MOX DOCTORI DIGNISSIMO
PATRIAE VIRTVTIS EX ASSE HAEREDI
FAVTORI ET AMICO EXIMIO
S. P. D.

M. IOANNES GOTTHELF ROSA

ORDINIS PHILOSOPHICI IN ACADEMIA IENENSI ADIVNCTVS.

Quidni enim tibi gratuler? ornatissime *Ficki*, cuius alacritasne ad eruditionis atque virtutis laudem contendi magis admiranda sit mihi, an praedicanda sincerae amitiae fides, ambigo. Vtrumque enim gratulationis materiam ddit largissimam: aut tu potius es ab vtroque commendais. Mittam tamen alterum, quod ad plures pertinet; quorum facile essent in portu, si exemplum, quod praeluces, pari ertia, animique firmitate, sequerentur: alterum vindicabo hi, quippe proprium ac praecipuum magis, & quod comendant amicitiae sanctissima iura. Quamuis enim plures rsitan habes amicos: nosti tamen, quantumuis multi cirmstent amici, vnicam tamen esse amicitiam. Quod itae amici est, ita nunc effundam, vt pectus tibi meum nudavelle videar. Ea, quae me prouocant ad tui amorem, aeque te faciunt amabilem, (quod omnino esse debet, i temerarius & praeceps sectandi potius impetus, quam or oriri debeat,) si colligam omnia, eo fere redeunt, od nosti, quodque te pulcre nosse, omnis tua vita osten-, *Hesiodi* illud: τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα Θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι, *ante virtutem sudorem posuere dii immortales*: aut charmi apud *Xenophontem*, τῶν πονῶν πωλοῦσιν ἡμῖν τ' ἀγαθὰ πάντα οἱ Θεοί. *laboribus nobis vendunt omnia bona Dii.* ue haec omnia in te ita considero, vt merito tuo te adaman-

amandum ſtatuam. Quod itaque par eſt, vt eueniat omn
bus, ſtrenuo improboque labore ad virtutis brabea eluctai
tibus, id euenire tibi volo, non tantum, quia par eſſe cenſe
ſed inſuper quoque, quia te diligo, ideoque opto, te vndiqu
que videre felicem. Atqui mihi iam videris in veſtibu
vlterioris felicitatis eſſe conſtitutus. Quem enim dignu
iamdudum iudicauit ordo in hac academia gratioſus titu
& honore *doctoris*, quemque hoc teſtimonio probatiſſin
nunc ornat, aut ornatu potius quouis digniſſimum eſſe d
nunciat; qualem illum fore impoſterum praeſagiamu
niſi feliciſſimum? non tam, quia dignus tanto honore viſ
eſt, quam, quia talis omnino eſt, qualem exigunt Aeſc
lapii noſtrates. *Sis itaque bonus ô felix tibique tuisque.* T
bi bene ſit vndiquaque. Ornamento ſis ordini, famili
parentibus, quorum vota in rebus tuis proſperis acqui
ſcant. Quibus *Aeſculapio opus eſt*, iis talem te praeſtes, n
deſtitutus fortuna, quem nihil artis deſtituit: multos re
das *felices*, & neminem: neque vnquam dicaris *Aceſias* n
dicatus eſſe. Et, quid omnes felicitatis partes enumere
cum tibi tam bene velim, quam mihimetipſi. En! hal
animum meum; & ſimul habes, quae ipſe velis, omn
Id itaque vnicum ſupereſt, vt tibi me porro commende
gauiſurum ſerio, eoque magis ſemper, quo te fortunat
rem cognouero. Vale, & ex voto rem tuam age. Dab
muſeo, d. x Martii A. O. R. cIↄ Iↄcc xxi.



Q. D. B. V.

MEDICÆ FACVLTATIS DECANI

HADRIANI SLEVOGTII,

MED. D. ET P. P.

INVITATIO SOLENNIS

AD

INAVGVRALEM DISSERTATIONEM

DE

CHOLERA LLEGITIMA

CVM

PROLVSIONE

DE

FFECTV TENESMODE.

IENAE LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



MEDICÆ FACVLTATIS DECANVS

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.


Alutarem artem augeri vel illuſtrari non magi poſſe, quam ab obſervationibus & hiſtoriis mor borum accurate factis noſtri temporis, pruden tiores norunt eius cultores omnes. Laudantu Veteres, Galeni & Hippocratis præcipue ævo vi ventes, quod eas ſummo mentis fecerunt acumi ne, ita ut nihil plane aut parum ſit omiſſum, vel in iis deſi derari queat. Perfectam tamen ab illis nobis traditam fuiſſ artem, reſpectu quoque pathologicæ tractationis, rerumqu ad hiſtoriam morborum pertinentium, multo magis medel gratia, nemo, ut genuine confitebuntur in arte perſpicaciſſi mi, vere dicere poterit. Nam in Hippocrate ipſo, licet in exhauſtæ ſit eruditionis fons, neque omnia ſunt comprehen ſa, quis enim unum hominem tantæ moli condendæ vel or dinandæ crederet eſſe parem, licet Medicinæ invenerit com pendiariam, ob id ſumma laude digniſſimus? neque ea, qu traduntur, ita ſunt perſpicua, ut haud ulla explicatione ind geant, unde enim tot commentatores, & commentationum

no

on dicam commentorum, volumina? vel confirmatione ...us habeant, quæ non omnimode certiorata sunt. Ut pla... novos morbos, ab antiquis temporibus huc usque multos, ...t tamen novis sub accidentibus & circumstantiis postmo...um apparentes, aliis prorsus, quam a veteribus commemo...tum est, reticeam, qui aliquem in morborum ordine & ...umero parient defectum. Illum sane fateri coguntur omnes, ...i medicinam, olim forsitan perfectam, nunc vero tempo...m injuriis deperditam multis in locis ac rebus, judicaverunt. ...on ergo nobis vertetur vitio, quando casum, sperati alicu... vel levidensis commodi gratia, in proscenium sistemus, ...uentem.

Vir Juvenis annorum XXII, laboraverat febri prout tunc, ...per totum fere annum epidemia maligna, circa festum na...tatis Christi redux ab itinere decumano, in quo multas ...aeris injuria tempestatisque varietate perpessus fuerat mo...ias. Statim ab initio morbi gravia eum adoriebantur ani... deliquia atque virium prostratio, cum horrore totius æstu... per vices interpolatis, isto præsertim fortius urgente, ar...m concussorio & gravative dolorifico. Cordis accedebat, ...inde increscens, anxietas, simul spiritus suffocatoria, tantæ ...aciæ, ut de vita periclitari crederetur, nisi subito & im...uose lecto exiliens, sibi respirationis libertatem, vitæque, ...utabat, gliscentis refocillationem procuraret. Inter has ...as impetusque febrilis morbi, qui graves habebat circa ...eram & per antemeridianum noctis tempus exacerbatio... æstus cordisque passione, transegerat ille, juxta cum vigiliis ...entis stupore, undecim dies, quo tempore mane medio...n incurrebat narium hæmorrhagiam, vesperi repetentem, ... nocte in sommnum primum labi cœpit, eodemque tri...m valde soporatus consumsit noctu diuque: ut jussus licet ...onitus parum potus sumeret, ciborumque nihil. Raro ...gens, largiter tamen, urinam dabat, in crasi facile tur-

 bandam,

bandam, multique ſedimenti, ab omnibus aliis vacans excr
tionibus. Judicavimus merito ſuſpectam hanc criſin, vel qu
ſi, cum nihil paucum ſit criticum, eandemque magis incho
tam, quam perfectam. Cum tamen pulſus dormienti eſ
tardus ſenſimque invaleſcens, pro naturali ſomnum repu
bam, virium inſtaurativum, & ſubactum morbum credi
Rediit ſenſim appetitus vigor, & ſanatus æger denuo itine
ingredi tentat labores, aſt non ſine gravi corporis motu
que ſtrenuis auſibus, quibus corraſa undique commotaque
corpore reſidua febris materia valde acris, alibi exitum n
reperiens, clauſo inprimis frigoris vi cutis tegmine, vel
ſponente ſua indole, in canalem incidit inteſtinorum, &
ſorum corroſione, cruentas alvi dejectiones atque torm
excitat. Inter hæc tenesmus fere intolerabilis erat, in m
bi fine ſolitarie potiſſimum affligens, ut ab eo præ dolo
magnitudiue & ſumma cordis anxietate diu valdeque pro
ctis, cum ſudore oppreſſorio, vitæ jacturam haud injuſte t
tueret, donec everſis per alvum copioſiſſimis roſivis hum
bus, triduano tempore, diluentium & abſtergentium, et
clyſterum auxilio, depuratoque per talem decubitum corp
reliquo, ad quietem rediret ſumme laſſus æque ac morien

Neminem, niſi in Medicina hoſpitem, fere la
poteſt, in acutis per naturam debellatis morbis perſæpe v
ſæ, alias per emunctoria ſolenni naturæ ritu eliminandæ,
teriæ portionem in corpore manere reſiduam, a qua tu
dem per recidivam, aut ſimiles, tum plane alii propulli
morbi. In ægro noſtro illam in centro collectam, & a
feriora, præcipue inteſtina, omniumque craſſiſſimum
glandulas & ipſa quoque hæmorrhoidalia vaſa, non ſine
xime dolorifica eorum reſeratione, converſam eſſe, ſap
animæ conſilio ductuve, arbitrari fas eſt. Non enim deſ
dæ ſunt hæ publicæ viæ in ſecretionibus tutiſſimæ, etia
as criticis, quamquam in his frequentiores ſint iſtæ ſ

c urinarum. Quæ per rectum instituitur intestinum, val-
e insolens est, eo magis, quod tam sangvini, quam seroso
ecrementitio humori educendo faveat, acerrimis particulis,
t credo, grossioribus onusto.

Singularis procul dubio, sui generis, an ad acido sal-
um, vel lixiviosum inclinans? est acrimonia, quæ in mali-
nis non solum gravissimas cordis anxietates & insignes hinc
nde in diversis corporis partibus dolores, sed exanthemata
aria, maculas atque pustulas in petechiis, purpura, simili-
usque, & tandem tubercula, furunculos, carbunculos atque
ubones, vel & ulcera, alia tecta vel occulta in pestilentiali-
us, patrat. Quidni hæc partim in corpore suppressa, nec
rorsus tamen correcta vel subjugata, hinc extra corporis li-
nites proscribenda, valido naturæ molimine decumbens ad
lvum, irritamento sphincteris & nervearum recti intestini
nembranarum, valde dolorificas dejectiones sangvinolentas
c seroso mucosas, quarum materia huc ex superioribus par-
im transmissa est, in progressu morbi crebram & inanem,
imul implacabilem egerendi voluntatem atque conatum, di-
o semper cum cruciatu, ac tensione inferre posset. Nota-
nus affectum hunc tenesmodem tanquam prodromum aut
omitem dysenteriæ, quandoque diarrhœæ serosæ, aut cho-
eræ, quorum omnium materia est humor acris, rosivus, al-
um in transitu eximie corrodens & graviter exstimulans.
Probabit hoc de Cholera in dissertatione sua Clarissimus atque
ignissimus Doctoralium honorum Candidatus,

IOANNES IVSTVS FICKIVS.

Prima lux, quam conspexit d. XIV. Januar. anni post orbem
edemtum cIↄ Iↄc XCVIII. ipsi contigit Vinariæ, Ducatus Vi-
nariensis metropoli. Suscepit autem eum Pater, de quo sibi
alde gratulatur, Vir Excellentissimus & Experientissimus,
OH. IACOB. FICKIVS, Philos. & Medic. Doctor, Serenissimi

 Ducis

Ducis Saxo-Vinarienſis Archiater, & Medicinæ in hac illuſtr
Academia Jenenſi Prof. Publ. Ord. Matrem agnoſcit ſvaviſſimam
MARGARETHAM SOPHIAM, genere Zeidleriam, ex perantiqu
materno ſtemmate Grübeliorum, e Carinthia veræ & Evan
gelicæ religionis tunc perſecutæ gratia profugorum, paſtoral
munere perfunctorum, oriundam, ſexus ſui inſigne ornamen
tum. Poſtquam ætate tenera paulo erat provectus, ut di
ſcendorum, quæ ad ætatem pertinent, capax mens eſſet, id
quod primum eſt, in recte educanda pube, primum quoqu
curæ cordique fuit parentibus optimis. Ad mentem enir
rite formandam tradidere eum præceptoribus, quorum do
meſtica informatione aſſidua iis, quibus par eſt prima ætas
imbui aſſolet, inſtructus fuit.

Poſtea jacto fundamini ſuperſtruxerunt ampliora in Pa
dagogio Regio, quod Halæ Saxonum floret, præceptore
quibus ob dexteritatem & fidem, ſtudioſæ juventuti adhib
tam, ſe plurimum debere, gratus ac lubens fatetur. Impr
mis recolit memoriam *Freyeri*, *Schultzii*, *Johnii* & *Lichtenauer*
clariſſimorum ſibique cariſſimorum nominum, ſub directior
non ſatis laudanda Viri Summe Reverendi D. D. *Francki*
Theolog. P. P. O. celeberrimi, a quo intime admiſſus mul
ſalutaria tulit conſilia. Id enim horum induſtria effectum e
ut anno M DCC XIII. d. III. Octobr. ad ſtudia academica pr
gredi potuerit, ideoque Vale Halæ dicto, Academiam ha
Salanam celeberrimam, ſummum bonarum artium emporiu
nunc patrium ſolum, primum ſalutavit, receptus in civitate
Muſarum noſtrarum, Pro-Rectore tum Magnifico, *Joh. Adolp*
Wedelio, Theoret. Prof. P. celeberrimo, Conſiliario & A
chiatro Saxonico. A philoſophiæ ſtudio primordia capien
eſſe ratus, audivit celeberrimum *Joh. Jacob. Syrbium*, prin
& rationalis Philoſophiæ Profeſſorem longe meritiſſimun
cum integrum curſum, quem vulgo vocant, philoſophicu
dexterrima methodo & plane nova explanaret. Cum

conju

onjunxit matheſeos & phyſices ſtudium, in quo duces ſecu-
us eſt fideliſſimos, Beatum, *Georgium Albertum Hambergerum*,
rofeſſ. Mathem. cum viveret, celeberrimum, maximo in ſe
nimi candore conſpicuum, & *Ehrenbergerum*, tum Collegii
hiloſophici Adjunctum clariſſimum, nunc in Gymnaſio Co-
urgenſi Matheſeos Profeſſorem. Hinc Medicinam cum ipſe
ggrederetur, obſtetrices manus præbuit ipſi Dominus parens,
ui ſe ipſum debere totum, ita fatetur, ut nihil unquam lu-
entius, cujus privata, privatiſſima & publica informatione
mnes Medicinæ partes eſt emenſus. Audivit eum commen-
ntem in aureos *Hippocratis* aphoriſmorum libros, legen-
m publice in anatomicis, phyſiologicis, pathologicis, &
planantem totum *Harris*, Angli, tractatum de morbis in-
ntum acutis, hinc quoque ſecanti artis lege in theatro ana-
mico cadavera ſexus maſculini & fœminini, ex illuſtris Fa-
ltatis medicæ decreto, non adſtitit ſolum acroamatice, ſe-
tiora anatomica & uſum partium explicanti; ſed quoque in
eparando adjuvit ſolerter. Navatæ diligentiæ & profectuum
eram ſiſtit publica diſſertatio ſub ejus præſidio, de *Iræ effi-
ia & remediis* laudabiliter conſcripta. Parentem jam in
xi medica occupatum habet manuductorem fideliſſimum,
comitatur ſummo cum emolumento. Illuſtri autem *Georgio
lffgango Wedelio*, Hæreditario in Schwarza, chymiæ &
xeos Profeſſori Publ. famigeratiſſimo, Comiti Palatino
ſar. Sacræ Cæſareæ & Cathol. Majeſt. & Sereniſſimorum
oniæ Ducum Conſiliario, Vinarienſi Aulico & Archiatro,
ultatis Medic. & totius Academiæ Seniori graviſſimo,
lta ſe debere fatetur, cujus praelectionibus Phyſiologico
amaticis, pathologico practicis & chymicis, quod intereſſe
erit, inter felicitatis ſuæ partes refert. Magnum quoque
lumentum ſtudiis ſuis addidit Excellentiſſimi *Johannis
lph. Wedelii*, Philoſ. & Medicin. Doctoris, Theoretic. Pro-
ris Publ. celeberrimi, Conſiliarii & Archiatri Ducal. Sax.
Medici

Medici Provincial. Saxo Vinarienſ. eruditio ac fides ſumma docendo, quem audiviſſe, ſive phyſiologiam, ſive pathologiam, ſive denique ſemioticam interpretaretur, haud pœnite Meis denique publicis tam demonſtrationibus Botanicis, qua operationibus chirurgicis, atque diſſectionibus cadaveru utriusque ſexus & judicialibus interemtorum ſcrutiniis, ſed lo interfuit. Inter hæc exercitia probe excultus in medicin Iuſſu parentum, inclutæ Facultati Medicæ nomen dedit, & conſveta examina admiſſus dignus repertus fuit, cui poteſt Cathedram conſcendendi concederetur, ad Diſſertatione ſuam *De Cholera illegitima* publice, ſub meo præſidio, inſta te die XIX. Martii habendam. Huic actui, ut Pro-Rect Magnificus, Celſiſſimus S. R. I. Comes de Solms, Procer Aulæ & Academiæ Venerandi, gratioſa ſua præſentia ade dignentur; nobiliſſimi etiam Doctores, Magiſtri, & ſplendi Studioſorum ac philiatrorum Corona favorem teſtari velin Collegii Medici nomine, perofficioſe & condigne rogantu P. P. ſub Sigillo Facult. die IX. Martii Anno O. R. MDCCXXI.

